



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXVII. Der Papst Innocenz IV. beauftragt den Bischof von Naumburg dafür zu sorgen, daß das Bisthum Brandenburg nicht von Laien beschwert werde, am 20. April 1246.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

LXXVI. Papst Innocenz IV. gestattet dem Bischofe von Brandenburg die mehrere geistliche Lehen besitzenden Personen zur Beobachtung der Residenz anzuhalten, am 16. August 1245.

Innocentius IV. etc. Episcopo Brandenburgensi. Tua nobis fraternitas intimavit, quod cum contingat interdum, quosdam clericos tue civitatis et Diocesis dispensatione apostolica super beneficiorum pluralitate muniri, iidem habentes plures ecclesias parrochiales seu alia beneficia, curam animarum habentia, earum proventibus tantummodo inhiantes et non residentes in illis, pro sue voluntatis arbitrio ipsas parrochias seu beneficia exponunt aliis pro modica annua pensione, ex quo proveniunt animarum pericula, prelati debita servitia subtrahuntur ac opus misericordie in exhibenda hospitalitate penitus pene perit. Quare nobis humiliter supplicasti, ut salubre super hoc remedium adhibere paterna sollicitudine curaremus. Tuis itaque supplicationibus benignum impertientes assensum, presentium tibi auctoritate concedimus, ut predictos clericos plura beneficia retinentes curis animarum annexa, ut in quolibet beneficiorum ipsorum pro rata temporis residentiam faciant personalem et in aliis temporibus per idoneos faciant vicarios deserviri, non obstante si dicant, se in ecclesiis non cathedralibus habitibus canonicos residere aut relinquere suis vicariis in aliis beneficiis, in quibus per se non deserviunt portionem libere, valeas districtione qua convenit cohercere, Contradictores etc. Datum Lugduni, XVII. Kalendas septembris anno tertio.

Aus einer Abschrift des Vatikanischen Geh. Archives Ep. Inn. IV. Anno III, Ep. 75.

LXXVII. Der Papst Innocenz IV. beauftragt den Bischof von Raumburg dafür zu sorgen, daß das Bisthum Brandenburg nicht von Laien beschwert werde, am 20. April 1246.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, episcopo Nuenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster, episcopus Brandenburgensis, sua nobis insinuatione monstravit, quod nonnulli laici sue civitatis et diocesis a clericis pro ecclesiis vel rebus ecclesiasticis homagium et nova et insolita pedagia exigere et extorquere presumunt, bona clericorum decedentium, pretextu ejusdam consuetudinis, in partibus illis molite, que dicenda est potius corruptela, nichilominus occupando, in ejus prejudicium et ecclesiarum, a quibus iidem clerici acceperunt stipendia, non modicum detrimentum. Ne igitur hec per dissimulationem transeant in abusum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos laicos, ut ab hujusmodi exactione ac occupatione penitus conquiescant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione compellas. Datum Lugduni, XII. Kal. Maji, pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale.

Anm. In Gercken's Stiffteshistorie S. 461, wo sich ein unvollständiger Abdruck dieser Urkunde befindet, ist dieselbe mit Unrecht dem Jahre 1245 zugeschrieben. Papst Innocenz IV. wurde den 24. Juni 1243 erwählt und am 28. Junius consecrirt.